



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Modus prior bonæ electionis faciendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

*MODVS PRIOR, SAN
na bonaque electionis faciendæ; sex
constans punctis.*

PVnctum primum erit: proferre in medium rem deliberandam, vt de officio, vel beneficio, acceptandum ne, an potius reiiciendum sit, & ita de cæteris rebus, quæ ad mutabilem electionem spectant.

Secundum est: adducto ante oculos, creationis meæ fine; in hoc cōsistente, vt cū Dei laude saluus siam; in neutram declinare partem amplectendæ vel repudiandæ rei controversæ: quin potius velut in medio quodam interstitio, & æquilibrio subsistere; parato interim animo, vt in eam illico partem totus ferar, quam nouero diuinæ gloriæ, & saluti meæ fore aptiorem.

Tertium: obsecrare D E I clementiam, vt dignetur mentē instrue-

re, &

re, & impellere voluntatem, quo-
cunque potius mihi tendendum sit;
adhibito nihilo secius, pio, fidelique
intellectus mei ratiocinio; per quod
apprehensa, & probata DEI volunta-
te, ad electionem ferar.

Quartum: perpendere quot tan-
dem commoda, vel adminicula
mihi ad finē meum prosequendum
accedent ex tali officio, vel beneficio
suscepto: quot rursum ex eodem in-
commoda: & pericula impendent.
Præterea, quot per oppositum, omis-
so illo, tam commoda & adminicula,
quam discrimina, & damna possim
expectare.

Quintum: his præmissis, ratioci-
nari in utramque partem: & iuxta
ipsius rationis dictamen, seposito
carnis appetitu omni, electionem
concludere.

Sextum: Electione facta ad oran-
dum cito prosilire, & illam offerre

DEO;

DEO; perfecte deum, si ei placeat,
recipiendam & stabiendam.

*MODVS POSTERIOR BE-
ne eligendi; in regulas quatuor, &
annotationem unam dis-
tributus.*

REGULA prima: quod, cum
oporteat per affectum ex
Dei amore cœlitus infu-
sum, fieri electionem, eligētem con-
uenit persentiscere in seipso, quod
quicquid affectionis (siue multum
siue modicum sit) erga rem electam
tenet, ex solius Dei amore, & intuitu
proficiatur.

Secunda, * est: considerare, si quis
mihi vir amicissimus, cui nihil non
perfectionis inesse cupiā, occurreret
dubius super electione huiusmodi,
quidnam ego illi decernendum ma-
xime, essem consulturus. Quo anim-
aduerso, agendum & mihi ducam, ut
suaderem alteri.

Tertia